



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Auaritiae mala sunt sex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Anaritiae mala sunt sex.

Primum, quia hominem ad misericordiam indurat, de quo homine indurato loquitur Iob dicens. Cor eius indurabitur quasi lapis. Et Zacharias quoque ait. Cor suum posuerunt ut adamantem ne audirent legem. Similiter & Lucas. Et nemo illi dabant. In quo denotatur diuitis immisericordia, & familiæ sue. Vnde Amos. Bibentes uinum in phialis, & optimo unguento delibuti, & mil patebantur super contritiones Ioseph. Secundum est, quia hominem affigit. Labor stultorum (ait Ecclesiasticus) affigit eos. Et illud etiam. Saturitas diuitis non sinit eum dormire. nunquam enim mentis quietem habere potest, qui curis terrenis se submittit; idcirco homo semper quæ cor suum laniant proiçere debet. Tertium est, quia hominem obscurat ne de se cogitare possit. Vnde Psaltes regius dicit. Repletis sunt, qui obscurati sunt terræ dominibus iniquitatum. Et Amos. Ne scierunt facere rectum, dicit dominus, Thesaurizantes in iniquitatem.

Iob, 40.

Zach, 7.

Amo, 6.

Ecc, 10.

Ecc, 5.

Ecclesiasticus.

Psa, 73.

Amo, 3.

D 6

CHRISTIANA

& rapinam in eisdib[us] tuis. Vnde Hieronymus ait. Non poterit alta conspicere oculus, quem puluis claudit. Quartum est, quia auaritus in oratione non exauditur.

Iob. 27. de Iob inquit. Nunquid audiet Deus clamorem illius, cum ueneris super eum angustia? Et Augustinus

Augus. Dicis, da mihi domine, & manus habes in aliud occupatas, non habet Christus ubi sua ponat. Quintum est, quia auarus semper est timidus.

Iob. 15. Vnde Iob dicit. Sonitus terroris semper in auribus eius, & cum pax sit, ille semper insidias suscipiat? Vider regem, & estimat preponem, uidet pauperem & suspicatur furem. Ideo dicitur quod auaritia est pacis iniuncta, & charitatis ignra. Sextum est, quia maledictionem eternam acquirit. Vnde Amos dicebat. Vt uobis qui opulenti elitis

Amo. 6. in syon. Et Abachuc. Vt ei qui multiplicat non sua, usquequo aggrauat contra se densum luctum. Et Pa

Abac. 2. Augus. ter Augustinus ait. Vt illis qui uiuunt, ut augeant res perituras, unde aternas amittant. Item Quae est ista animarum insaniam, amittere uitam, appetere mortem, acquirere au-

Augus. rum, & perdere cælum.

Auaritia